



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis  
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**

II. S. Kvnegvndis probat suam innocentiam ignitis vomeribus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41527**

## CAPVT SECUNDVM.

S. KVNEGVNDIS probat suam innocentiam ignitis vomeribus.



Valiter autem id factum sit, ad communem edificationem prætereuudum non est, ut & castimonia erudiamur exemplis, & diuinorum secretorum admiratione moueamur, intelligentes, quæ admodum diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Tantis namque ac talibus bonis tentatio deesse non potuit. Inuidus enim omnium bonorum diabolus, vbi torum immaculatum fauciare non potuit, zelotypiæ liuore fecare cogitauit, & eius saltem famam lñdere, cui vulnus corruptionis infligere non valuit.

Facta est igitur, auctore diabolo, suspecta criminis, quæ non nouerat maculam corruptionis. Sed, quia crudelis est, qui famam suam negligit, expurgationis gratia, ad vomeres candentes illud sibi iudicium elegit, quod propter duritiam hominum institutum esse cognoscitur. Cumque dilecta Deo ad illud iudicium velut ouis ad occisionem duceretur, ingemuit & ait: Domine Deus creator cœli & terra, qui probas renes & corda, iudica iudicium meum & eripe me. Te enim testem & iudicem hodie inuoco, quia nec hunc præsentem HEINRICVM, nec aliquem virum carnali commissione vñquam cognoui. Hoc dicto, stuperibus, & flentibus vniuersis, qui aderant, vomeres candentes \* nudo vestigio calcauit, & sine adustionis molestia secura pertransiit. Ita Deus omnipotens vinculum castæ dilectionis seruavit, innocentiam comprobauit, integritati custodiam humilitatis adhibuit. In fascibus itaque constituta, continentiaz suæ gloriam sub terreni chlamide imperij fatigebat abscondi, ut tanto propensiùs, quanto efficacius poterat, promoueret, quæ Deo inspirante, nec non adiuuante, ad ipsius laudem cogitabat perficere.

• 30 •

CAPVT

*De hac probat-*  
*tione lege Del-*  
*rium lib. 4. Dif-*  
*quis. Mag. cap.*  
*4. q. 4. scilicet 3.*

\* Aliquando  
vomerem can-  
dentes, sel-  
quodus aliud  
ferrum igni-  
manibus fere-  
bant, sel pru-  
nas in sinu  
coniciebant;  
sel pyramitra-  
bant; de quib.  
omnibus Del-  
rius loc. cit. S.  
Kuneg. ferru  
igni portasse,  
scribit Cran-  
cius lib. 4. SA-  
xon. cap. 32.